







i. 8° 609

Þáttr af Karli vesæla í Magnusar sögu góða kap. 4–9.

Brandkrossaþáttr gefinn út í „Nordiske Oldskrifter."

Þáttr af Leifi Össurarsyni, Færeyingasaga, kap. 49. sqq.

Þáttr af Auðunni vestfirzka í Haraldar sögu harðráða, kap. 72–75

Þáttr af Brandi hinum örfa í Haraldar sögu harðráða, kap. 96.

Þáttr af Egli af Vandilskaga, hvergi annarstaðar gefinn út svo eg viti.

Þáttr af Oddi Ufeigssyni í Haraldarsögu harðráða, kap. 106–107.

Þáttr af Blóð-Egli í Knytlinga sögu, kap. 33–40.

Þáttr af Hákoni Hárekssyni í 11. bindi af Fornmanna sögum, bls. 422–439.

Raz).

Heri indeholdes de af Etatsraad B. Thorlacius i Anledning af det Kjøbenhavnske Universitets Höitideligheder Tid efter anden udgivne samtlige Smaafortællinger paa Islandsk og af ham oversatte paa Latin tilligemed en, for hver især, foranskikket Indledning. Disse Smaafortællinger (þættir) ere følgende:

1. þáttr af Karli Vesæla (de gestis Caroli Vesæl dicti.) (1815.)
2. Brandkrossaþáttr (Historia de vitulo fulvam in fronte macul. hab.) (1816.)
3. þáttr af Leifi Össurarsyni (de gestis Leifi Össuridæ s. Færöensis.) (1817.)
4. þáttr af Auduni Vestfirdska (De Auduno Regem Norvegiæ invisente.) (1818.)
5. þáttr af Brandi hinum örva Vermundarsyni (De Brando Liberali.) (1819.)
6. þáttr af Eigli af Vandilsskaga. (De Egillo sub Canuto M. profecto.) (1820.)
7. þáttr af Oddi Ófeigssyni. (Narratio de Oddo Ofegi filio.) (1821.)
8. þáttr af Blódeigli (De Erico de hausto sanguin. nuncup. sub Canut. St.) (1822.)
9. þáttr af Hákoni Hárekssyni (De Hakone Vicensi sub Svenone Estridide.) (1823.)

Desuden:

Specimen de Erico Rufo Grönlandiæ inventore. (1811.)



SOLENNIA ACADEMICA

AD

CELEBRANDUM

DIEM XXVIII JANUARII MDCCCXVII,

REGI NOSTRO AUGUSTISSIMO

FRIDERICO SEXTO

NATALEM,

HABENDA INDICIT

UNIVERSITATIS REGIÆ HAVNIENSIS

RECTOR

JACOBUS WOLF,

REGI A CONSIL. STATUS, PROF. MATHEMATUM ORDINAR. ATQUE ORDINIS DANEBR. EQUES

CUM

SENATU ACADEMICO.



Commentarium anecdotum, *de rebus gestis Færöensium*, Islandice et latine edidit cum præfatiuncula, festo huic prolusurus, D. BIRGERUS THORLACIUS, PROF. EL., LAT. ET ORD. DAN. EQUES.

EXCUDIT J. F. SCHULTZ, TYPOGRAPHIÆ REGIÆ DIRECTOR.

L. B. S.

Quod ſemel iterumque anteafecimus, ut ad annunciandam natalium Regis in Academia noſtra celebrationem anecdotos commentariolos cum hiſtoria patria cohærentes ederemus, hoc etiam anno Tua, benevole Lector, venia faciemus; ſperantes ſtudium, quo monumenta priſci borealium ſermonis publicare conemur, partem habitum iri gratorum animi venerabundi ſenſuum, quibus cives ut omnes ita quoque Academici diem XXVIII Januarii, quo nullus Daniæ feſtior, proſequi et condecorare allaborent.

Libellus, quem Tecum nunc communicamus, *þáttr af Leifi Öſſurarſyni*, ſive rectius Sagæ Færöenſium pars ultima, dicitur. Tractat præcipue iſtud hujus herois meritum, quo violentiæ duorum virorum Sigurdi et Thrandi, qui diu ex arbitrio in cives ſævierant, finem faciebat; vinculoque non uno cum patriæ annalibus junctus eſt, dum et inſulas ditionis Danicæ tangit, et viri in eo commemorati plura cum Dania habebant commercia; nam Thrandus initia ſuæ opulentiæ mercatui Haleyrenſi (Helſingorano) ſub Haraldo Cærulidente debebat, et mentio in eo fit cum Suenonis Alfifidæ Canuto Magno nati, tum Magni Boni, qui per aliquot annos Daniæ Rex erat.

Edimus hunc commentarium juxta Codicem chartaceum ſatis bonum ex Islandia Havniam devectum a). Accepimus, exemplar ejus poſſediſſe Arnam Magnæum, celebris in Univerſitate noſtra legati conditorem, ſed quod in Havnienſi incendio a. 1728 fuerit deletum. Codex quoque Flateyenſis, quod egregium cimelion ſervat Bibliotheca magna Regia, recenſionem ejus, verbis ſæpe disſidentem, et capita aliter diſtribuentem, ſed argumento parum disſimilem, habet, columnis 516-520 b). Hujus lectiones conſuluimus, et, ubi meliores videbantur, ſecuti ſumus, verum in nonnullis locis noſtrum Codicem præſtare comperimus. Cum in Codice Flateyenſi annexus ſit hiſtoriæ Olai Sancti, et, quæ continet, omnia hujus Regis tempore ſint ſeriora, licet Leifus Öſſurides Olao ſat fidam præſtiterit operam, majore utique jure *Rerum Færoënſium Continuatio*, quam Leifi vita, cujus priores partes plane omiſſæ ſunt, poſſet appellari. Verum ne in talibus ſimus difficiles, aliorum ejusmodi Commentariorum (*þáttr*) ratio vetat. Cæterum relationum, quæ hoc libro continentur, argumentum ex *Thormodi Torfæi Commentatione Hiſtorica de rebus geſtis Færeyenſium* c) doctis jam pridem innotuerat, ita tamen, ut libellum, quem nunc publici juris facimus, conferendo appareat, haud pauca et longius hic expoſita et accuratius conſtituta eſſe.

Saga, quacum hæcce noſtra arctisſime juncta cernitur, eſt Sigmundi Breſteridæ hiſtoria, quæ Olai Tryggii Vitæ longiori, (Skalholti 1689 d) editæ) inſerta eſt P. 1. pp. 100-134 et alibi, ſub titulo: *þáttur Þrandar ac Sigmundar Breſtisſunar*. Verum quia ultima biographiæ Sigmundi pars ultra Olai Tryggii vitam progrediebatur, ea ibi prætermiſſa et Voluminis 2di appendici ſubjuncta eſt pp. 22-32. Cum Sigmundus ille Öſſurem Leifi, de quo in commentario nunc vulgando agitur, patrem vita privaſſet; cumque Throndi, qui ibi legitur a Sigmundo ad religionem Chriſtianam coactus hacque et aliis cauſis ei infeſtus fuiſſe, fata extrema noſtrum commentarium finiant; patet, huncce de Leifo libellum magnæ iſtius tragoediæ in Færois per ſemiſeculum actæ,

ultimas

a) cujus copiam mihi fecit *H. E. Wium*, ludimagiſter Havnienſis, antiquitatum Islandicarum apprime gnarus.

b) in Apographo Suhmiano, quod etiam ſervat Bibliotheca Regia, hic Commentarius reperitur T. I. P. I. pp. 1168-1191.

c) Havniæ 1695. 8vo. Verſio ejus Danica per *P. Thorſtenſen* edita eſt Havniæ 1770. 8vo. Cfr. Capp. 39-44.

d) a *Theodoro Thorlacio*, Epiſcopo Skalholtenſi. 4to.

e) Tom. 2do editionis Havnienſis Fol. 1778.

ultimas ſcenas continere. Actus medios quodammodo ſiſtit *Saga Olafs Konungs hins Helga*, qualem Snorro Heimskringlæ ſuæ e) intexuit; nam ad illum Regem Leifus a Færöis accesſitus fidam, et in religione Chriſtiana popularibus commendanda, et in tributo ab his inſulanis prudenter exigendo, Thrando plerumque callide reluctante, Regi præſtitit operam. Is quoque cædem qua cum alii Olavi emiſſarii, tum Carolus Moerenſis dictus, atrociter interemti fuerant, detegere et vindicare cordate ſtuduit. Iſta omnia in libello, quem hic tangimus, ſupponuntur. Contra ea Leifi facinora, quæ ſolas Færoas tangebant, nec cum Norvegiæ hiſtoria cohærebant, quales erant domeſticæ illæ, quas commentarius noſter deſcribit, cum Sigurdo aliisque rixæ, Snorrius recte prætermiſit. Verum quo magis et ea quæ Olai Tryggii Biographus de Sigmundo Breſterida, et Snorrius de Leifo habet, cum iis, quæ noſter de utrisque attulit, conferuntur, eo probabilius eſt, fuiſſe *longiorem Færeyingaſagam* f), ex pluribus minoribus Sagis et þáttr, Islandorum more, compoſitam, qua jam Snorrius in opere ſuo concinnando fuerit uſus, et cujus pars in hocce de Leifo opuſculo pelluceat. Singularem certe eum commentarium initio fuiſſe, ejus in Codice Flateyenſi locus, et hoc, quod ſingulatim deſcriptus adhucdum in Islandia habetur, probabile reddunt. Denique haud reticendum cenſeo, quod in *canticis Færoicis*, qualia vel nunc ore inſulanorum recitantur, heroum, quos commentarius noſter memorat, præcipue Sigmundi et Thrandi, locorumque, quæ olim nobilitarunt, nomina celebrantur. Id quidem luculentum eſt ex Cantico 4to Voluminis 1mi *collectionis Svaboanæ* g) MStæ, quam ſervat Bibliotheca magna Regia. Carmen *Sigmunda-Kveai* inſcribitur.

Quæ in hocce opuſculo de Færöenſium victu, moribus, et ingenio occurrunt, prorſus cum iis conveniunt, quæ recentiores apud nos ſcriptores, qui iſtas inſulas inviſerunt, memoriæ prodidere h). Exempli loco obſerventur, quæ de more inſulanorum carnem ovium recentem ſibi providendi, de ſomniis et incantationibus, afferuntur. Sed præcipue memorabilia nobis videntur, quæ de religionis Chriſtianæ poſt Olai Sancti mortem inter Færoënſes fatis hic leguntur. Lepidum eſt audire, quomodo Throndus, qui baptismum coactus ſuſceperat, totidem fere quot fuerint Chriſti diſcipuli, formulas fidei fuiſſe contendat, et qualem nugarum farraginem filius Leifi, quem apud ſe nutriebat, puerum balbutire docuerit. Hæc videlicet, ut cætera Throndi, fatis oſtendunt, ſacra Chriſtiana ipſi cordi minus, quam ludibrio fuiſſe.

Tempus eventuum in libello expoſitorum auctor ipſe definivit regni Suenonis Alfifidæ et Magni Boni limitibus, annis itaque 1031-1047. Quo vero ſeculo commentarius *conſcriptus* fuerit, probabilibus conjecturis erit efficiendum. Narratoris fidem firmant expoſitionis ſimplicitas, candor et ſobrietas. Nil actum affertur, niſi quod agentium ingenio ſit conſentaneum; et ipſa ſuperſtitioſa, quæ pauca occurrunt, ſibi credi poſcunt, quia ævi perſvaſio ita ferebant. Licet quædam de religione Chriſtiana inſerantur, nil tamen ingenium, quale in ſagarum ſeculo XIVto auctoribus cernitur, monaſticum ſpirat. Liber ergo ad *ſeculi XIImi finem vel XIIImi initium* tanto juſtius referri poſſe credimus, quo magis veroſimile eſt, illum partem fuiſſe uberioris Færeyinga-Sagæ, ex qua Snorrius Sturlonides multa ſuæ Regum Norvegicorum Hiſtoriæ inſeruiſſe videtur.

Hæc præfaminis loco adnotaſſe ſufficiat. Nunc textum Islandicum cum verſione Latina dabimus.

f) talem quoque ſuſpicari video P. *E. Müllerum*, peritisſimum talium arbitrum, in Libro a. 1816 Berolini edito: *Isländiſche Sagabibliothek* Vol. 1. cfr. Art. Sigmund Breſterſons Saga.

g) *Færöeſke* Kveair, eller gamle *Kiempe-Sange*, ſamt Ryimur, ſamlede og optegnede 1781-82 af *J. C. Svabo* 3 Bind i 4to med 1 Bind Index. MSt.

h) cfr. *L. Debes* Færoa reſerata. Khn. 1673. 8vo. *J. Landt* Forſög til en Beſkrivelſe over Færöerne. Khn. 1800. 8vo. *J. Begtrup* Oplysninger til nærmere Kundſkab om Færöerne. Khn. 1809. 8vo.

Þáttr af Leifi Össurarsyni.

Cap. I.

Um þennann tíme var konúngr yfir Norvegi Sveinn Alfífu son. Þrándr átti þriá frændur, Sigurdr, Þórdr ok Gautr hinn raudi. Þeir voru bródursynir Þrándar, ok er sagt at Þrándr væri ei qvongadr; ok sem frændur Þrándar höfdu þar verit nockra stund, þá kémr hann ad máli vid þá, ok sagdist ecki vilia at þeir væri þar leingr med óþrifum sínum ok adferdarleysi. Sigurdr svaradi hann ynni ecki neins góds öllum sínum frændum, ok segir at hann site ad födurarfi sínum; áttust þeir þá hardt vid í ordum, fóru þeir þá í burt þrír frændur, þeir fóru til Straumseyar, hún er fiölbygdust Færeya. Sá madr átti þar bú er Þórhalli hét hinn audugi, hann átti þá konu er Byrna hét, ok var köllut Straumseyar Byrna; hún var skröfug. Þórhalli var gamall, hafdi Byrna verit géfinn hanum til fiár; Þórhalli átti nær fé undir hverium manni, ok gallzt hanum vída líted, því þeim þókti dælt vid hann. Þeir brædur Sigurdr ok Gautr koma vid Straumsey, ok finna Þórhalla bónda; býdr Sigurdr hanum at heimta fé hans ad helmínge ad skuldastödum þeim sem órífiegastir voru, enn ef hann þyrfti at sækia til, þá villde hann hafa nockut fyrir starf sitt, þat er tilsóknar þurfti, enn Þórhalli sinn helmíng. Þórhalli bónda þókti þetta hardt, enn þó vard þetta samkaup þeirra. Sigurdr fór vída um Færeyar, ok heimte samann féit Þórhalla, enn sækir med lögum þar sem hanum þykir þess þurfa, fær hann nú brádt mikit fé. Sigurdr er nú med Þór-

halla

Res gestæ Leifii Ösfuridæ.

Cap. I.

Tempore, quo Norvegiæ imperabat Sveno Alfifæ filius, Thrandus tres habebat cognatos, Sigurdum, Thordum et Gautium Rufum. Erant illi Thrandi e fratre nepotes; nam Thrandum ipsum coelibem fuiffe ferunt. Poftquam cognati cum Thrando aliquamdiu fuerant, is cum illis forte colloquens ostendit, fe nolle, ut homines nauci et inertes apud ipfum longius morarentur. Regesfit Sigurdus fe animadvertere, quod cognatis quodvis commodum invideret, licet ipforum patrimonio jure dubio frueretur. Sic poft duras fermonum vices tres cognati ad Stromseyam quæ istarum infularum erat frequentisfima, difcesferunt. Habitabat ibi vir Thorhallus dives appellatus; uxor ejus erat Byrna Strömenfis dicta, ea quidem valde loquax. Thorhallus ætate provectus erat, atque unice propter opulentiam cum Byrna matrimonio junctus. In ejus ære fere omnes infulani erant, fed a plerisque parum illi folvebatur, quippe qui licentius in eum confulerent. Fratres Sigurdus et Gautius ad Strömseyam venientes Thorhallum colonum ibi offenderunt. Obtulit Sigurdus, fe bona, quæ ipfius effent, pro parte dimidia debitoribus, vel tenacisfimis, extorturum, fed fi jure agere neceffe effet, infuper aliquid pro labore fuo in jure perfequendo poftulare, fic tamen ut Thorhallo dimidia fua pars fervaretur. Id licet Thorhallo colono durum videretur, tamen confenfit. Sigurdus Færeyas longe luftrans, Thorhallo tributa conquifivit, tribunalibus, ubi res pofcere videretur, ad opem vocatis; atque fic opum magnam vim congesfit. Ita Sigurdus omnes

halla ok þeir allir frændur; opt talast þau vid Sigurdr ok Byrna; er þat mál manna at þar muni vera fiplíngar med þeim; eru þeir þar þrír um veturinn; um vorit segir Sigurdr at hann vill leggia bú félag vid Þórhall, enn hann vard heldr fár vid þat, ádr Byrna rédst í leikenn; þá giörde bóndi ad, ok lét húsfreyu ráda, tóku þau nú frekt rádinn, verdr bóndi fyrir bord borinn, ok ráda þau Sigurdr ok Byrna því sem þaug villdu. Þat bar til um sumarit at skip kom til Færeya, ok braut í spón vid Sudrey, týndist miök féit, voru tólf menn á skipenu, týndust fimm, enn siö komust lífs á land, hét einn Hafgrímr, annar Hergrímr, þridie Biarngrímr, þeir voru allir brædur; þeim vard íllt til vista, ok annars þess er þeir þurftu vid. Þeir brædur Sigurdr, Þórdr ok Gautr fóru til fundar vid þá ok qvádu þá lítt vera komna, ok býdr Sigurdr þeim öllum til sín. Þórhalli kom ad máli vid Byrnu, ok þókti þetta brádrádit at hann var ecki adspurdr. Sigurdr sagdi sva skyldi fyrirbíta; eru þeir þar, ok heldr vel virdter, ok betr enn bóndinn siálfr; bóndinn vard smákvæmr, ok vard þat opt ad ordum bóndanum ok Biarngríme. Þórhalli sat í beck, ok hafdi stafsprota í hendi, hann veifade hanum til ok frá, því hann var ordinn málódi; hann var lít skygn, ok kom stafsendinn á nasir Biarngríme; hann vard vid ódr, ok villde taka til axar ok færa í höfut bóndanum; Sigurdr hliób til skiótt ok grípr um Biarngrím, ok segist vilia giöra þá sátta; ok þetta fór sva at þeir sættust, ok eru þar um veturinn, ok eigast fátt vid; um vorit segir Sigurdr at hann vill byrgia þá brædur med nockru móti, hann fær þeim byrdíng færann, er þeir Þórhalli áttu bádir samann. Lét Þórhallr sér þat enn ílla líka, þar til

Byrna

nesque isti cognati apud Thorhallum degebant. Frequentia erant Sigurdi cum Byrna colloquia; nec defuere, qui nimis familiariter inter eos actum contenderent. Hieme quidem tres illi omnes ibi versabantur; vere autem postulabat Sigurdus omnia bona cum Thorhallo dividere; et licet hic consentire detrectaret, Byrna tamen sese illi negotio immiscente, paterfamilias passus est, ut penes eam esset istius rei arbitrium. Sic illi pro lubitu egerunt, dominoque ademta omnis potestas, Sigurdusque et Byrna, uti volebant, omnia dispensarunt. Æstate accidit, ut navis, ad Færeyas appulsa, juxta Sudreyam frangeretur. Ex XII vectoribus submersi sunt V, septem autem in terram sospites evaserunt, ex quibus tres erant fratres: Hafgrimus, Hergrimus et Biarngrimus. Erant illi in magna victus et aliarum rerum necessariarum penuria. Fratres Sigurdus, Thordus et Gautius iis obviam euntes dolorem de damno accepto testificati sunt, Sigurdusque eos omnes ad se invitavit. Thorhallus Byrnam ea de re compellavit, questus id inconsiderate seque nescio factum, Sigurdus vero istius rei curam in ipsum devolvi poposcit. Interim illi ibi erant bene satis et melius quam colonus ipse habiti: quam rem hic ægre ferens cum Biarngrimo identidem rixas movit. Thorhallus in subsellio suo sedens bacillum, quem tenebat manu, huc illuc vibrabat, lingvæque suæ non amplius moderari poterat. Cum acie parum perspicaci esset, bacilli extremitatem Biarngrimi naso impegit; qua re hic in rabiem effervescens, securim arripere et in viri faciem involare volebat. Sigurdus statim accurrens Biarngrimum apprehendit, suamque ad eos reconciliandos operam obtulit. Eo quoque ventum est, ut in gratiam redirent, et per totam ista hieme ibi commorationem a mutuo conflictu abstinerent. Vere ostendit Sigurdus, si istos fratres necessariis, qua fieri posset, rebus instructurum, ipsisque navem onerariam majorem, quæ ei cum Thorhallo communis erat, subministravit. Thorhallus id gravate ferebat, donec Byrna ipsi aliud persvaderet.

Byrna tók hann ordum. Sigurdr féck þeim vist nægilega, sídann fóru þeir til skips ok láu þar á um nætr, enn sem þeir voru búnir var þat einn morgun at þeir géingu heim til bæar. Sigurdr var ecki heima í bænum, því hann géck um sýslu. Sídann fór Sigurdr heim til bords, voru kaupmenn þá farnir ofann til skips. Sigurdr spurdi er hann kom undir bord hvar Þórhalli bóndi væri? hanum var sagt at hann mundi sofa. Þat er ónáttúrligr svefn segir Sigurdr, edur hvert er hann klæddr eda ei? ok vilium vér bída hans ad máli. Var nú géinget til skálans, ok lá Þórhalli í reckiu sinne ok svaf. Þat var sagt Sigurde, hann sprettr upp ok géingr fram ad sænginne. Þá vard hann brádt þess vís at Þórhalli er daudr. Sigur leggr af hanum klædinn ok sér at hann er lágdr mióu járne til hiartans, enn alblódug sænginn. Sigurdr qvad þat vera hit versta verk, ok þat mun hafa giört Biarngrímr, ok mun hann nú þykiast hafa hefnt stafshöggsins, skulum vér nú fara ofann til skips, ok hefna á þeim ef sva vill verda. Taka þeir nú öll vopn sín brædur, ok hefir Sigurdr mikla öxi í hendinn, ok hlaupa ofann til skips, ok var Sigurdr málóda, hann hleypr þegar út á skipet; í þessu spretta þeir brædur upp er þeir heyra blót ok bölf, Sigurdr hleypr ad Biarngríme, ok höggr tveim höndum med öxinne í fángit á hanum, sva öxinn stód á kafi, var þat hans bani. Þórdr lági höggr til Hafgríms med sverdi á öxlina ok snídr af síduna ok höndina, ok féll hann sva daudr nidr. Gauti hinn raudi hió höfut af Hergríme, ok eru þeir nú allir daudir brædur, þá segir Sigurdr at hann muni ecki giöra á hluta þeirra sem eptir eru, enn fé qvadst hann eiga sem þeir brædur áttu eptir. Þeir fara sva heim, ok þykiast nú vel hafa hefnt Þórhalla bónda, enn ecki ad sidr leikr vondt ord á Sigurdi ok öllum þeim frændum um lífláť Þórhalla. Sigurdr fær nú Byrnu, ok géck þar í bú med henni.

Þór-

deret. Sigurdus sufficienti eos viatico munivit; dein navim conscenderunt, noctesque in ea transegerunt. Omnibus ad proficiscendum paratis mane aliquo ad Thorhalli mansionem iverunt. Sigurdus tum forte absens erat, negotiis oeconomicis occupatus. Eo circa cibationis tempus domum redeunte, mercatores jam navim repetierant. Sigurdus cum cibatum iverat, quæsivit, ubi Thorhallus colonus esset. Responsum est, eum forte dormire. Singularis, ait ille, somnus est, verum vestitusne ille an non est? exspectabimus certe donec eum convenerimus. Jam ad dormitorium itum est, Thorhallusque in lecto ceu dormiens jacebat. Id ubi Sigurdo indicatum, exsilit et ad lectum progreditur, et facile sibi mox persvadet Thorhallum mortuum esse. Detractis illi vestibus comperit Sigurdus, tenui ferro cor ipsi perfossum lectumque cruentatum esse. Addidit Sigurdus tristissimum hoc facinus a Biarngrimo absque dubio esse commissum, qui sic ulcisci vellet istum bacilli ictum; verum mox, inquit, navim petamus, cædem hanc, si fors ita tulerit, ulturi. Sic fratres omnia sua arma induunt; Sigurdoque manu magnam securim gestante ad litus decurrunt. Sigurdus ipse tantum non rabidus ad navim properavit. Auditis accedentium diris et exsecrationibus fratres exsiliunt, Sigurdusque Biarngrimum aggressus, et utraque manu securis manubrium tenens, ita eum ferit, ut ictus ad interiora penetraret, ipsumque leto afficeret. Thordus ense suo Hafgrimi scapulas sic vulneravit, ut latera et manus abscinderet, utque ipse mortuus decideret. Hergrimo Gautius Rufus caput abscidit; et sic fratres omnes mortui erant. Tum professus est Sigurdus, se eos qui superessent, non læsuros, sed bona modo istorum fratrum sibi vindicaturum. His gestis domum revertebantur, sibique videbantur necem Thorhalli coloni bene ulti; nihilominus dicuntur Sigurdus omnesque isti cognati male audiisse ob cædem Thorhalli. Dein Sigurdus Byrnam matrimonio duxit, et in communionem venit omnium ejus bonorum.

Ha-

Þórvaldr hét madr, hann bió í Sudrey; Þorbera hét kona hans, hann var audigr ad fé ok fiárhlutum. Gauti hinn raudi kémr til hans, ok býdst at heimta fé þat sem hann átti á skuldastödum, þat kaup var miök áminnt ok med þeim Sigurde ok Þórhalla, ok Gauti hinum rauda. Brádt er þat tal at Gautr fífle konu Þorvalds bónda. Eitt sinn kom sá madr er Þorvaldr bóndi átti fé ad, þat var fiskemadr, enn um qvöldit er myrkt var settust menn í stofu, bóndi heimte fé sitt ad fiskemanni, hann svaradi um ílla, ok reikade á gólfinu, enn þá er minnst vardi mælti Þorvaldr bóndi: legg þú allra manna armastr sax fyrir bríóst á gömlum manni! hann hné upp ad þilenu ok var þegar daudr; enn sem Gauti heyrde þetta hlióp hann þegar ad fiskemanni ok hió hann þegar banahögg, ok sagdi hann skyldi ecki fleire óhöpp vinna, géck Gauti þá í bú med eckiunne ok fær hennar.

Habitabat in Sydreja vir nomine Thorvaldus cum uxore nomine Thorbera junctus; is et pecudibus et bonis abundabat. Ad eum venit Gautius Rufus, eique obtulit debita hic illic ipfi non foluta exigere, eadem prorfus conditione, quæ antea inter Sigurdum, Thorhallumque et Gautium Rufum convenerat. Deinceps rumor invaluit, Gautium uxore Thorvaldi coloni nimis familiariter uti. Venit aliquis pifcator, in cujus debito Thorvaldus erat. Vefpera, ingruentibus tenebris, dum homines in coenaculo fedebant, Thorvaldus a pifcatore debitum popofcit; is illi male refpondebat, et in pavimento vacillanti paffu procedebat. Nemine id fufpicante Thorvaldus colonus fubito fic locutus eft: tune hominum pesfime virum fenem ferire fuftines? moxque ad tabulatum fe adclinans, fubito mortuus eft repertus. Quod ubi Gautius audivit, mox pifcatorem invafit, eumque trucidavit, fubjiciens, eum fic non plura mala effecturum. Poftea trucidati bonis potitus eft Gautius, ejusque viduam duxit uxorem.

Cap. II.

Leifr hét madr, hann var í kaupferdum, ýmist í Færeyum edur í Norvegi, ok var audugr; hann var ýmist med Leifi Össurarsyne þá hann var í Færeyum, eda med Þuríde meginneckiu ok sonum hennar. Nú er þat eitt sinn at Leifr Þórirs son kom skipe sínu vid Færeyar, at Sigurdr Þorláksson býdr hanum heim til sín í Straumsey, ok þessu ráda þeir. Leifr Össurarson kom til skips, ok þókti hanum ílla at nafni hans hafdi rádist til vistar hiá Sigurde, Sigurdr qvad hanum heimila vistena hiá sér. Leifr Össurarson sér nú at sva verdr at vera, ok er Leifr Þórisson med Sigurde.

Um vorit er þat sagt einn dag at Sigurdr sagdist skyldi fara at heimta fé sitt af nábúa sínum er Biörn hét, ok vil ek Leifr þú farir med mér, ok siáer til samníngs med ockr,

Cap. II.

Vir erat nomine Leifus itineribus commercialibus five in Færöis five in Norvegia femper occupatus, idemque perdives. Quando in Færöis verfabatur, vel cum Leifo Öffuride erat, vel cum opulenta vidua Thuride ejusque filiis. Accidit aliquando, cum Leifus Thoreri ad Færöas appelleret, ut Sigurdus Thorlacides eum ad fe in Strömseya invitaret, atque ille confentiret. Leifus Öffurides ad navim accesfit, et ægre tulit, cum animadverteret, virum fibi cognominem apud Sigurdum fibi pactum effe manfionem, Sigurdumque hanc ei addixiffe. Verum jam comperit, id negotium confectum effe, atque ita Leifus Thorerides ad Sigurdum divertit.

Vere fequente, Sigurdus, ut narrant, præ fe tulit, fe proficifci velle ad debitum aliquod a vicino, cui nomen Biörno, exigendum, Leifumque rogabat, ut itineris comes ifti negotio intereffet; addebat Biörnonem

ockr, enn Biörn er miök skapbrádr, enn ek hefi lengi þarfnast fiár míns fyrir hanum. Leifr qvadst fara skyldi sem hann villde; gánga nú tveir samann til Biörns, ok heimter Sigurdr féit sitt; hann svarar um ílla, því nærst eru þar upphlaup stór, ok vill Biörn höggva til Sigurdar, enn Leifr hliop á mille, ok kom axarhyrnann í höfut hanum sva stód í heila. Sigurdr hlióp ad Byrni ok hió hann banahögg. Þessara tídenda er Sigurdr einn til frá sagnar, lék þá enn íllt ord á Sigurde um þetta. Þurídr meginneckia ok Þóra dóttir hennar áfría miök Leif Össurarson, at hann vile alldri hefiast handa hveriar skammir sem þeim eru giördar. Leggia þær mædgur á hann fæd ok fiandskap, enn hann hefir vid gott þol, enn þær heldu hann framqvæmdarlausann ok duglausann; fellr þeim mædgum stórílla vid Leifs Þórissonar, þykiast víst vita at Sigurdr muni hafa drepit hann.

Sva er sagt eitt sinn at Þurídr meginneckiu dreymde draum at Sigmundr Brestirsson bóndi hennar kiæme ad henni sem verit hafdi, hann mælti: þat er sva sem þér sýnist at ek er hér kominn, ok er mér þetta lofat, enn haftu ecki hardann hug né íllann á Leife mági þínum, því hanum mun audit verda at bæta ockar harma. Eptir þat vaknar Þurídr ok sagdi Þóru dóttur sinne draum sinn, ok þadann í frá voru þær betr til Leifs enn ádr.

Þat er nú þessu nærst at segia, at skip kom til Færeya í Straumsey skamt frá bæ Sigurdar Þorlákssonar; þat voru norrænir menn, hét Arnliótr stýrimadr, voru átián menn á skipenu. Sá madr bió vid skipalát er Skapti hét, hann var í starfi med kaupmönnum ok kom sér vel vid þá. Stýrimadr kom sér vel vid Skapta ok sagdi hanum: þér mun ek segia trúnad minn sagdi hann, at þeir brædur synir míner. Biarngrímr ok brædur hans, sem þeir Þorlákssyner drápu, enn ek villde þú værir í rádum med mér sva ek giæte drepit

nonem hominem esse stomachosum, sed se istorum bonorum usum jam pridem desideraſſe. Leifus conditionem accipit. Sic uterque Biörnonem adeunt et Sigurdus sua bona reposcit. Biörnone per convicia respondente, maximæ fiunt turbæ. Volebat Biörno Sigurdum ferire, sed Leifus intercurrit, et sic securis extremitas in ejus caput ita adacta est, ut in cerebrum descenderet. Tum Sigurdus Biörnonem adgreſſus leto dedit. Istud facinus dein Sigurdo adscriptum fuit, et ob id magis adhuc quam antea male audiit. Thuris nobilis illa vidua et Thora ejus filia Leifum Öſſuridem vehementer increpabant, ceu hominem, qui, quantacunque ipsis afferretur injuria, ad manum vindicem tollendam nunquam poſſet incitari. Utraque eum odio invidiaque prosequebatur, quod tamen ille patienter ferebat; quin adeo eum pro homine prorsus ignavo et inerti habebant. Ideo vero mater filiaque ob Leifi Thoreridæ cædem tantopere succensuêre, quia sibi persvaserant, cædem a Sigurdo esse patratam.

Dicitur Thuris nobilis vidua tale somnium aliquando habuiſſe: videre sibi videbatur Sigmundum Bresteridem maritum suum sueto olim habitu ad ipsam accedentem, atque ita fantem: est vero ut tibi videtur; ego huc veni permittentibus fatis; iræ odioque ne habeto Leifum affinem tuum, nam illi dabitur vindictam nostri sumere. Post somno excuſſa Thuris filiæ suæ Thoræ id eventum narravit; et ab eo inde tempore longe quam antea comiores in Leifum se præstiterunt.

Sequitur, ut enarremus, quod navis ad Færoas et quidem ad Strömsejam prope Sigurdi Thorlacidæ mansionem appulerit. Vectores erant Norvegi; nauclerus Arnliot dicebatur, et in navi viri octodecim vehebantur. In loco, ubi naves exonerabantur, habitabat vir Skapte dictus; is operam suam locabat mercatoribus, eandemque illis probare callebat. Nauclerus cum a Skaptio gratiam inierat, ei dixit: Ut verum tibi fatear, filii mei erant tres isti fratres, Biarngrimus et cæteri, quos filii Thorlacii tru-

drepit þá Þórlakssyni ok hefnt sva sona minna. Skapti qvadst ecki neitt gott eiga at launa Sigurde, ok heiter hann hanum því at giöra hann ſvarann vid þá er hann sæi bezt færi á þeim. Eitt sinn fóru þeir brædur þrír á einu skipe, Sigurdr, Þórdr ok Gauti; þeir róa til einnar eyar at sækia slátrfé, því þat er sidr Færeyínga at hafa nýtt kiöt öllum misserum; enn sem þeir voru farnir, þá giörer Skapti Arnliót vidvarann; þeir bregda vid skiótt kaupmenn, ok voru tólf samann, enn sex giættu skips. Sigurdr sá mennina er uppkomu á eyna, ok tala med sér hverir vera munu? þeir sáu at mennirner voru í litklædum, ok voru vopnadir; má vera segir Sigurdr at hér séu komnir kaupmenn sem hér hafa legit í sumar, ok má vera at annat sé eyrendi þeirra enn at reka kaupstefnur einar, ok mun vid oss eyrendit, sva munum vær mega vidbúast; nú skulum vær gánga á móti þeim ok hafa rád Sigmundar Brestirssonar, ok hlaupa í sína átt sérhver, ok finnast vid skip vort nidre. Nú gánga þeir í móti Arnlióte; hann eggiar þá förunauta sína til at hefna sona sinna, því nú mundi eki betra færi á verda; þeir brædur stöckva undann sérhver þeirra, ok komust allir í fiöruna til skipsens. Þá koma ad þeir Arnliótr ok sækia ad þeim, Sigurdr höggr til þess sem ad hanum sókti, ok hió undann hanum báda fætr fyrir ofann hné, ok hafdi sá bana. Þórdr drepr annann, Gauti hinn þridia, hlaupa sídann á skip sitt ok róa fram med eynni, ok finna kaupskips bátinn ok þar á þriá menn. Sigurdr hleypr á bátinn ok drepr einn þeirra, enn rekr tvo í kaf, taka sídann bátinn ok róa í burt bádum skipum. Sigurdr safnar mönnum ad ser, ok fer út til eyarinnar, gánga upp á eyna; austmenn hlavpa samann ok ætla at veria sik. Þórdr mælti: þat er rád

trucidarunt. Vellem ergo, me conſiliis tuis juvares, ut Thorlacidas cædendo filios meos ulciſcerer. Reſpondet Skaptius, non optime a ſe meritum eſſe Sigurdum, promittitque, ſe eum certiorem redditurum, ſiqua eos commode aggrediendi ſe offerat occaſio. Profecti ſunt aliquando tres fratres, Sigurdus, Thordus et Gautius in una navi. Remigant ad aliquam inſulam oves ad laniandum capturi; mos enim Færöenſium eſt omnibus anni tempeſtatibus carnem recentem ſibi providere. Illi ubi diſceſſerant, Skaptius Arnliotum de eo admonet; mercatores mox ſe accingunt erantque omnino duodecem, et ſex ad naves ſervandas conſtituebantur. Sigurdus videns homines inſulam conſcendere, ſecum quærit, quinam illi eſſent. Videbant eos coloratis veſtibus indutos armatosque eſſe. Forte, inquit, advenere mercatores, qui ultima æſtate hic fuerunt; verum forſan aliud habent propoſitum, quam nundinas obire; forte nos tangit eorum negotium; noſtrum ſaltim eſt ad id nos componere. Jam contra eos ibimus, eadem arte uſi, quam adhibere ſolebat Sigmundus Breſterides, ut ſcilicet in diverſa quisque discurrentes infra apud navim noſtram jungamur. Nunc Arnlioto obvii procedunt; ſtimulat ille ſuos ſocios ad ulciſcendam filiorum ipſius mortem, quippe, inquit, non melior alia ſe offert occaſio. Tum fratres in diverſa quisque disſiliunt, omnesque in litore ad navim conveniunt. Venit Arnliotus eosque adgreditur. Sigurdus in eum, qui ipſum invadebat, incurrens, utrumque pedem infra genu ei amputat, quod vulnus ei letale evaſit. Thordus alterum, Gautius tertium cecidit. Dein ad navim ſuam properantes, ſecundum inſulam remigant, cymbamque adverſariorum a tribus viris cuſtoditam nanciſcuntur. Sigurdus in cymbam inſilit, unumque eorum occidit, duos in aquam præcipitat, dein cymba potitur, et cum utroque phaſelo diſcedit. Tum plures viros ad ſe contrahit, ad inſulas navigat, et in eas exſcendit. Concurrunt Norvegi ſe defendere molientes. Hic vero Thordus: ſvadeo, inquit, mi cognate

Sigurdr frændi at géfa þessum mönnum grid, því vær eigum alls kost vid þa, enn höfum ádr unnit Arnlióte mikenn skada. Sigurdr sagdi: þat er vel mælt, enn þó vil ek þeir leggi allt á mitt vald ef þeir skulu grid hafa; þat fór sva fram at þeir seldu Sigurde siálfdæmi, enn hann giörde á hendr Arnlióte þrenn manngiöld fyrir hvern þeirra brædra, þat fé gallt Arnliótr allt, enn féck eingar bætr fyrir syne sína, ok fer med þat, ok vard feginn at hann héldt lífe ok limum. Sigurdr hafdi vondann þocka til Skapta at hann mundi hafa verit í rádum med Arnlióte, ok sagdi hann skyldi lífet láta, ella fara í burt úr Færeyum, hvad hann giörde, ok vard útlægr.

nate Sigurde, ut hisce viris parcas; nam in noſtra poteſtate ſunt, et Arnliotum jam ſatis magno damno affecimus. Recte mones, ait Sigurdus, volo tamen, ut rem omnem meo arbitrio relinquant, ſi cupiunt ſalvi hinc diſcedere. Sic quoque factum eſt; penes Sigurdum fuit conditiones præſcribere; isque Arnlioto mulctam triplicis homicidii pro ſingulis fratribus pendendam impoſuit, utque omnes pecunias Arnliotus præſtaret, nullaque pro filiorum ſuorum cæde compenſatione accepta, inde diſcederet, vitam et membra integra lætus reportasse. Sigurdus Scaptio haud parum ſuccenſebat, quod cum Arnlioto conſilia communicaſſet, eique mortem minabatur, niſi a Færöis migraret; qua in re ille ei obſecutus in exilium abiit.

Cap. III.

Nú er at segia frá því at Sigurdr Þorláksson eggiar Þórd brödur sinn á at hann skuli qvongast. Þórdr spyr hvar hann sæi hanum konu? ei mun ek hiá þeim kost sneida sagdi Sigurdr er mér þykir beztr hér í Færeyum, þat er Þurídr meginn eckia; ecki ætla ek mér sva hátt segir Þórdr; Sigurdr svarar: ecki muntu fá ef vid bidium ecki; ecki mun hún vilia mér giptast segir Þórdr, enn máttu þess freista ef þú villt. Sigurdr fór nú einn dag til Skúfeyar, ok ber þetta mál upp vid Þuríde; hún tekr því ecki fliótt, enn hann flytr málit þess ákafar, ok þar kémr at hún segist muni radast vid vine sína ok sonu, ok lézt mundi giöra hanum ord um þat; fór Sigurdr heim, ok segir allt líklegt um svör hennar; undarliga víkr þessu segir Þórdr, ok grunar mik at þessu fylgi undirhyggia. Þurídr hitte Leif mág sinn ok Þóru dóttur sína, ok sagdi þeim bónordit Þórdar. Þóra spyr hverninn hún tók því? hún qvadst hafa frávísat, edur hvad þyki þér rád dóttir mín? hún svarar: ecki muntu þessu játa af ek ræd, ef ydr er þat nockut í hug at hefna á slíkum strák-

Cap. III.

Nunc eo defertur narratio, quod Sigurdus Thorlacides Thordum fratrem ſuum ad matrimonium ineundum impellebat. Quærebat Thordus, quamnam ergo uxorem ei deſtinaret. Non diffiteor, inquit Sigurdus, optimam in Færöis conditionem mihi videri conjugium cum Thuride nobili vidua. Haud tam altas ſpes inchoo, ait Thordus. Tum Sigurdus: non quidem accipies, niſi ambiamus. Reſpondet Thordus: illa me reſpuet, verum tu, ſi velis, per me licet, periculum facias. Aliquo die Sigurdus Skufseyam petit, hancque conditionem Thuridi proponit; illa ſegniter eam accipit; ſed Sigurdo vehementer inſtante, eo demum perducitur, ut reſpondeat, ſe cum amicis et filiis de ea re deliberaturam, et deinde illum certiorem facturam. Sigurdus domum reverſus nuntiat, quale reſponſum exſpectari poſſet. Mirum hoc mihi videtur, inquit Thordus, atque dolum ſubeſſe ſuſpicor. Adit Thuris Leifum affinem ſuum filiamque Thoram, Thordique procationem iis refert. Quærit Thora, quomodo conditionem accepiſſet. Reſpondit ea: detrectavi quidem, ſed quid tu ſvades mea filia? Si meo, ait ea, conſilio locus, haud annues, ſiquidem cogitatis a ſceleſtis illis hominibus ul-

strákmönnum; enn þó má þeir dragi sik eptir þessu, fyrst þú hefir ecki þeim þverliga syniat, ok mælir þurfi siálf gánga í snöruna; þarf ek ecki at leggia ord í munn módur minnar, því marga vega má hún med þat fara, sva þeir rádi ecki í um þetta. Leifr verdr þessu samþyckr, ok qvadst allann hug skyldi áleggia at þeir fengi þaug laun sem þeir væri makliger. Þær qváduá bag med sér nær þeir skyldu koma þessara mála at leita. Þá mælti Leifr: lángt hefir Þrándr þá framsét er hann baud ockr Þóru barnfóstr, ok þyki mér þú því hafa ollat Þóra; ok er þat daudi Sigmundar sonar ockar, ef hann er þá med Þrándi ef nockut skérst úr med oss frændum hans; ecki ætla ek qvad Þóra at hann skuli þar leingr vera hédann af, ok er rád at vid förum til Austreyar, ok finner þú Þránd fóstra þinn; öllum kémr þetta samann.

Cap. IV.

Nú fara þaug öll samann, ok eru siö menn á skipe ok koma vid Austrey, var væta mikel umqvöldit, var Leifr votr enn Þóra þurr, þau géingu heim til bæarins í Götu. Þrándr fagnar þeim vel, ok bætr kynda upp elda fyrir Leife ok mönnum hanns, enn Þóru var fylgt til stofu, ok var sveinnenn Sigmundr þar hiá módur sinne, hann var þá níu vetra ok hinn skiótligaste. Módir hans spurdi hann hvad Þrándr fóstri hans hefdi hanum kénnt í helgum frædum? Sigmundr qvadst hafa numit Pater noster ok Credó; hún qvadst heyra villde, hann giörde sva, ok þókti henni hann sýngia Pater noster til nockurrar hlýtar. enn Credó Þrándar var á þessa leid: "Gángandi ek einn útfór, mér fylgia fimm einglar guds, ber ek bæn fyrir mér, bæn fyrir Kriste, sýng ek sálma siö, siáe gud hluta minn." I þessu leit Þrándr í stofuna ok spurdi hvad

ultionem sumere; forte tamen eorum insidiis te expones, cum conditionem non diserte repudiaveris, cumque dicas te necesse duxisse ultro in tendiculam incurrere. Haud opus est ut matrem dicendis instruam; nam multifariis ambagibus ea rem sic convertere potest, ut illi suo consilio excidant. Suffragatur Leifus, promittitque, se omnem operam daturum, ut illi debitam reportarent mercedem. Monebant illæ rem lubricam sibi fore, quando illi ad rem conficiendam venirent. Tum Leifus: sane longe, inquit, futuri providus erat Thrandus, cum mihi Thoræque filii nostri educationem offerebat, quod factum esse penes Thoram culpa videtur. In periculo certe est vita Sigmundi filii nostri, si ille apud Thrandum est, quando inter nos ejusque cognatos simultates erumpunt. Respondet Thora: nolo quoque ut dehinc amplius ibi sit; svadeo, ut Austreyam petamus tuique nutritorem Thrandum adeamus. Hac de re inter omnes convenit.

Cap. IV.

Tum profecti omnes sunt, septem omnino in cymba viri, et ad Austreyam venerunt. Pluvius erat aër; madebat Leifus, Thora tamen satis siccam se servaverat, atque ita mansionem Götensem intrant. Thrandus eos amice excipit, ignemque Leifo et ejus viris jubet accendi. Thora in conclave ducta est, et Sigmundus cum matre erat, puer jam novennis idemque alacerrimus. Quærebat ab eo mater, quid ex sacra disciplina Thrandus ipsum docuisset. Respondit Sigmundus, se precem dominicam formulamque *"Credo"* didicisse. Cum mater eas sibi recitari postularet, *"Pater noster"* satis bene pronunciare ipsi videbatur; verum *"Credo"* ex Trandii formula ita habebat: "Quando pedes foras profero, sequuntur me quinque dei angeli; precem fundo pro me, precem coram Christo, septem canto psalmos; benigne mihi prospiciat deus!" Interea Thrandus in conclave introspicit, quæritque quid illi confabulando

þau skröfudu; Þóra segir at Sigmundr sonur hennar hefdi flutt fyrir henni frædi þaug sem hann hefdi kénnt hanum, ok þyki mér leingre mind á Credó; því er sva háttad sem þú veizt segir Þrándr, at Christr átti tólf lærisveina, edur fleire, ok kunni sína Credó hver þeirra, nú hef ek mína Credó, ok eru margir qvednir, ok slíkt segir hann ecki á eina lund rett; ok skilia sva sitt tal. Er þeim nú gódr beine giördr, ok drecka fast um qvöldit; er nú Þrándr hinn kátasti, ok segir Þrándr at þar skuli búa um þaug í stofunni, ok giöra flatsæng á gólfinu. Leifr segir sva megi vera, Þóra segir at Sigmundr sonur sinn skuli liggia hiá sér, ok segia mér af ferdum sínum. Þat má ek ei segir Þrándr, því þá gét ek alldri sofit í nótt. Þetta verdr þú at veita mér Þrándr minn segir hún, ok þat vard at sveinnenn liggr hiá þeim. Þrándr átti sér litla skémmu, svaf hann þar jafnann ok sveinnenn hiá hanum, ok fátt annara manna; þá géck Þrándr til skémmu sinnar; var þá lángt af nótt. Leifr ætlar at sofa ok leggiast nidr, ok snýr fra konu sinne, hún rak bádar hendr millum herda hanum, ok bad hann ecki sofa; standit upp allir segir hún, ok farit umhverfis Austrey í nótt ok meidet sva hvert skip at ecki sé siófært; ok sva giöra þeir, var Leife þar um kunnigt í hveria vík, skémdu þeir þar hvert fliótande far, sva ecki var siófært; þeir sofa ecki um nótt ok standa upp snemma um morguninn, fara þaug Þóra ofann til skips; enn Leifr géck til skémmu Þrándar ok bad hann vel lifa, ok hafa þöck fyrir gódann greida; ok vill Þóra ecki annat enn Sigmundr fari med henni. Þrándr hafdi líted sofit um nóttina, ok segir at ecki mætti sva vera at Sigmundr færi med henni. Leifr géingr skyndilega til skips, enn Þrándr þóktist nú siá allt eptir, ok bidr húskarla sína taka skútu er hann átti, hlaupa þar á margir menn; Þrándr giörer sva, ok fellr inn siór kolblár, ok verda þeir fegnir at þeir komast lífs ad

landi,

mussitarent. Dicit Thora, Sigmundum filium ipsi recitasse, quæ in sacris didicisset, formulamque "*Credo*" aliquanto longiorem sibi videri. Ita est, ut nosti, inquit Thrandus: Habebat Christus duodecim vel plures discipulos, quorum quisque sua fidei formula utebatur; utor ego mea, et plures subinde adhibui; verum tales forte ille plus quam uno modo haud recte recitat. Sic finitum est illud colloquium. Exhibita iis est omnis hospitalitas; potus large propinatus, Thrandusque valde hilarem se præbebat. Jubebat, ut lectus illis in conclavi sterneretur, isque in plano pavimento stratus est. Leifus satis contentum se esse dicebat; verum Thora postulabat, ut Sigmundus filius suus juxta ipsam cubaret ipsique de rebus suis narraret. Id quidem non lubenter concedo, ait Thrandus, sic enim noctem insomnem agam. Hoc vero, inquit illa, mi Thrande, indulgeas mihi obsecro; sicque ejus postulationi obsecundatum est. Habere solebat Thrandus remotius aliquod cubiculum, ubi cum puero paucisque aliis dormiebat; ad hoc Thrandus, nocte jam provecta se contulit. Leifus dormire cogitabat; jam decubuerat ille, ab uxore sua se avertens. Illa utraque manu humerorum interstitia pulsans dormire eum vetuit; surgite omnes, inquit, totamque Austreyam nocte flectentes, quamvis navim ita lædite ut salum ferre nequeat. Id quoque faciebant, cumque Leifo nullus sinus ignotus esset, quemvis phaselum ita perforabant, ut undis committi non posset. Ista nocte nemo ex Thoræ sociis dormiebat; verum illa primo mane surrexit, et cum suis navim petiit. Leifus cubiculum Thrandi adiit, ei vale dicturus, et ob præstitam hospitalitatem gratias acturus, addiditque, velle omnino Thoram, ut Sigmundus ipsam sequeretur. Thrandus nocte parum dormiverat et Sigmundi abductioni sese opposuit. Leifus ad navim properat, Thrandusque nunc demum rem omnem perspicere sibi visus, jubet domesticum lembum suum arripere virisque multis instruere. Thrando id faciente, undæ ferrugineæ irrupere; vectores vix ac ne vix quidem in terram evasere,

nec

landi, ok er eckert skip fært í Austrey; verdr Þrándr þar at vera hvert sem hanum þykir vel edur ílla. Leifr fer þar til hann kémr heim í Skúfey, ok safnar þá mönnum ad sér, ok er þat þann dag ádr enn þeir Sigurdr skulu finnast um daginn eptir.

Cap. V.

Nú er at segia frá þeim Sigurde Þorlákssyni, at þeir biuggust nú heimann at fara; Þórdr segir sér sé líted um at fara, ok ætla ek at þú sért feigr, segir hann, at þú sækir þetta sva miök; giördu þik ad eingre undrænu segir Sigurdr, ok vert ecki sva hræddr ad aungri raun; ok skulum vid ei riúfa þessa stefnu, er vér höfum ádr sammælt; þú munt ráda segir Þórdr, enn ecki kémr mér óvart þótt ecki komi vér allir heim í qvöld. Þeir fóru tólf samann á einu skipe, vel vopnadir, þeir feingu stórann vind ok strauma hættuliga, ok báru vel af, komu vid Skúfey, þá sagdi Þórdr at hann mundi ecki leingra fara. Sigurdr qvadst ætla at gánga upp til bæarins, þó hann færi einn, Þórdr qvad hann feigann. Sigurdr géingr upp á eyna, hann var í raudum skarlatskyrtle ok hafdi tígla möttul á herdunum, girdtr sverdi ok hiálm á höfdi; enn sem hann er kominn nærsta ad bænum þá sér hann at aptr eru hurdir. Kirkiann stód í túni sú er Sigmundr bóndi hinn framfarni hafdi giöra látid; enn sem Sigurdr kom heim á millum heimahúsa ok kirkiunnar, þá sér hann at kirkiuhurdinn er opinn, ok kona géingr frá henni í raudum kyrtli ok hafdi bláann möttul á herdunum. Þar kéndi Sigurdr at þat var Þurídr meginneckia, nú víkr hann ad henni ok qvaddi hana blídlega, ok géingr ad tré einu er lá í túninu, þaug setiast á tréit, ok villde Þurídr horfa ad kirkiunne, enn hann villde horfa ad heimadyrum frá kirkiu, enn hún réd meira, ok horfdu bædi ad kirki. Sigurdr spurdi hvada manna komit væri? hún qvad þar mannfátt vera, hann spyr hvert Leifr væri þar? hún qvad hann ecki þar vera, eru synir þíner heima sagdi hann? þat má kalla sagdi hún, hvad

nec ulla in Austreyis navis erat maris patiens; sic cogebatur Thrandus, quantumvis invitus, ibi remanere. Leifus ad Skufeyam directe navigavit, eoque veniens die eum præcedente quo Sigurdus exspectabatur, hominum agmen ad se coëgit.

Cap. V.

Ad Sigurdum Thorlaciden narratio revertitur. Is cum suis se accinxit ad proficiscendum. Monuit Thordus istud iter sibi non valde placere; suspicor, inquit, vita tibi constiturum, quod huic tantopere inhias. Ne vero adeo absurdum te geras, ait Sigurdus; nec rem parvi momenti ita reformides. Ne desimus certamini, de quo antea inter nos convenit. Fiet quod cupis, inquit Thordus, sed non mirabor, si pauciores, quam nunc sumus, vespera revertamur. Profecti sunt numero XII in una navi bene armati, et quamvis cum gravi tempestate et periculosis æstibus luctati Skufeyam feliciter nacti sunt; tum longius procedere Thordus dissvasit. Sigurdus dixit se vel solum ad istam villam iturum, sed ominatus est Thordus haud sospitem eum inde discessurum. Sigurdus ergo in insulam exscendit læna rubro-coccinea et tunica super humero consibulata indutus, gladio et in capite galea armatus; et cum propius ad villam accesserat, januas clausas videt. Erat in prato domestico templum quod defunctus Sigmundus exstrui fecerat. Sigurdus cum inter prædii domos templumque processerat, videt templi fores esse apertas, atque inde prodire feminam rubro amiculo pratinoque super humeris pallio indutam. Animadvertens Thuridem esse, opulentam viduam, propius eam adit blandoque alloquio salutat, et ad lignum in campo positum accedit. Super hoc uterque considebant. Thuris ad templum, ille vero ad domus portam oculos convertere volebat; illa tamen sic volente, uterque templum spectabant. Quæsivit Sigurdus multine adessent homines. Ea negabat; — num Leifus adesset? negabat; — num filii ejus domi essent? ad quod ambigue re-

hvad hafa þeir tal um mál vor sídann sagdi Sigurdr? þat höfum vær umtalad segir hún, at öllum oss konunum lízt bezt á þik, ok mundi lítt seinkat af minne hendi ef þú værir óklusadr; mikell giptuskortr hefir mér þá ordit, segir Sigurdr; ok mætti þat skiótt skipast at ek væri laus vid þat, þat stendr fyrir segir hún; ok í því villde hann svegia hana ad sér ok taka höndum um hana, enn hún las ad sér tíglamöttulinn. I því var lokit upp hurdu, ok hlióp út madr med brugdit sverd, ok var þet Héri Sigmundarson; enn er Sigurdr sér þat þá smýgr hann nidr úr mötlinum, ok vard sva laus, enn hún héldt eptir mötlinum. Nú koma út fleire menn ok hleypr Sigurdr ofann eptir vellinum. Héri þreif upp spiót eitt ok hleypr ofann á völlinn eptir hanum, því hann vard skiótastr, hann skaut spióted eptir Sigurde, Sigurdr sér at spióted stefnir á herdar hanum, hann slær sér nidr, enn spióted hlióp fram yfir hann; Sigurdr stendr upp skiótt ok þrífr spióted, ok sendir aptr, þat kom á Héra midiann, ok hafdi hann skiótt bana. Sigurdr hleypr þá ofann í einstíget. Leifr kémr þar ad sem Héri liggr daudr, ok snýr skiótt þadann, ok hleypr fram á eyna, ok þar ofann hann kom ad, ok segia menn at þat hafi verit fimmtan fadma hátt í fiöru nidr. Leifr kom standandi nidr, hann hleypr til skips þeirra brædra, ok er þá Sigurdr kominn ad skipenu ok ætlar at hlaupa út á skipet, enn Leifr lagdi þá sverdi til hans á síduna, hann snaradist vid hanum, ok géck sverdit á hol, ad því er Leifr hugdi. Sigurdr hlióp þá ut á skipet ok lét frá landi, ok skilde þar med þeim. Leifr géck þá upp á eyna til manna sinna, ok bad þá skiótt fara til skipa, ok skulum vær halda eptir þeim. Þeir spyria hann hvert hann hafi frétt lát Héra, edur stadit? hann qvadst ecki mundi margt frásegia ad sinne. Þeir hlupu á tvö skip, ok hafdi Leifr áttatíu manna, ok var misfari þeirra ei alllítell.

Þeir

respondit. Quid vero, ait Sigurdus, de causa nostra dein deliberastis? Ita judicavimus, inquit, ut nobis feminis tu optime placeres; nec in me mora foret, nisi conditio tua jam præoccupata esset. Ergo valde infeliciter mihi cessit procatio, ait Sigurdus. Verum, regerit illa, cito posset ista difficultas extricari, atque ab impedimento, quod nunc obstat, ego liberari. Interea ille eam ad se flectere, eamque amplecti voluit, verum ea tunicam ejus fibulatam adtraxit. Nunc apertis subito foribus excurrit vir strictum tenens ensem, videlicet Herius Sigmundi filius, quo viso Sigurdus ex tunica sese inclinando elabitur, amiculum Thuride retinente. Pluribus jam viris prodeuntibus Sigurdus secundum campum deorsum currit. Herius arrepta hasta eum per eundem campum, cursu, quo valde pollebat, insequitur, hastamque contra eum vibrat; verum ille videns suam scapulam peti, se demittit, ita ut telum supra eum volaret. Surgit Sigurdus, eandem tollit hastam, et eam in Herium retorquet, qui medio corpore vulnere lethali mox dejectus est. Inde Sigurdus in semitam non nisi uni homini perviam decurrit. Leifus ad locum veniens, in quo Herius mortuus jacebat, mox inde se convertens, rapido cursu ad locum insulæ præcipitem se contulit, cujus altitudinem XV orgyias supra mare evectam esse ferunt. Leifus ita desiliit ut firmo tamen talo staret. Tum ad navim fratrum properavit eamque eo ipso tempore nactus est, quo Sigurdus illam erat conscensurus. Leifus ergo gladio ictum ejus lateri impegit, et licet Sigurdus subita corporis conversione elaberetur, suspicabatur tamen pectoris sui cavitatem isto icto fuisse læsam. Conscensa navi Sigurdus mox altum petiit, atque ita tum quidem ab invicem discesserunt. Leifus ad suos in insula viros reversus jussit mox naves præparare ad eos persequendos. Quærunt, utrum mortem Herii audivisset, vel forte illi adfuisset. Respondit, nunc non tempus esse de his longe dicendi. Conscendunt ergo duas naves, XVIII viris instructi, et Leifi quidem lembus altero haud parum celerior repertus est.

Si-

Þeir Sigurdr komu ad landi í Straumsey, ok hafdi Sigurdr stýrt skipenu, hann var fáordr, enn sem hann géck upp af skipe spurdi Þórdr hvert hann mundi miök sár vera? hann qvadst þat ógiörla vita. Sigurdr géingr ad naustarvegginum sem þar var, ok leggr hendr sínar þar uppá, enn þeir setia skipet upp, ok siá þá hvar Sigurdr stendr ok er stirdnadr ok daudr. Þeir fluttu líkama hans heim, ok sögdu ecki þessu tídendi, fara sídann til náttverdar. Þá komu þeir Leifr ad bænum, ok veittu þar adgaungu, ok bera elld ad. Þeir veriast vel, eru níu menn fyrir, enn þriátíu eru ad komnir; enn sem elldurinn sækir húsinn, þá hleypr Gauti hinn raudi út, ok þolir ecki inne leingr; Steingrímr Sigmundarson sókti ad hanum ok tveir menn adrir, enn hann vardist vel. Gauti hio á hné Steingríme ok af hnéskélina, var þat miket sár, sva hann géck jafnann haltr sídann, hann drap annann félaga Gauts; þá kom ad Leifr Össurarson, ok eigast þeir vid vopnaskipte, ok lýkr sva at Leifr drepr Gaut; þá hleypr út Þórdr hinn lági, ok í móti hanum Brandr Sigmundarson ok tveir menn adrir, ok sókti ad Þórdi, enn sva lauk med þeim at Þórdr drepr Brand ok förunauta hans báda, þá kémr ad Leifr ok leggr sverdi til Þórdar, ok í gégnum hann, let þar Þórdr líf sitt. Eptir þessi tídendi fer Leifr heim ok verdr frægr af þessum verkum, enn sem Þrándr frétti þetti tídendi, þá géingu þau hanum sva nærri at hann dó af helstríde. Leifr rædr nú einn öllum Færeyum, ok var þar um daga Magnúsar konúngs góda, ok var Leifr þar til elli; Sigmundr sonur hans bió í Sudrey eptir Leif födur sinn ok þókti mikelmenni. Þurídr meginneckia ok Leifr öndudust á dögum Magnúsar konúngs góda.

Sigurdus cum suis ad Strömseyam appulerat navem ipse gubernans, sed taciturnior. Cum e navi exscenderet, quærebat Thordus, utrum grave vulnus accepisset? Respondit se id non certo scire. Progreditur Sigurdus ad parietem receptaculi navium manusque suas ei adclinat. Illi cum navim subduxerant, vident Sigurdum ibi mortuum et rigidum stare. Funus ejus domum portant, et nemini indicata hac novitate, ad coenam discumbunt. Tum vero ad villam Leifus sociique veniunt, eamque aggressi incendunt. Domestici, licet non nisi IX, adversus aggressores, qui numero XXX erant, strenue se defendebant. Verum igne superante Gautius, qui non amplius se intus continere poterat, excurrit. Steingrimus et duo alii eum invadunt, fortiter reluctantem. Gautius Steingrimi genu cecidit, ejusque crustam amputavit; quod quidem vulnus adeo grave erat, ut deinceps claudicaret, verum idem unum ex sociis Gautii trucidavit. Tum accessit Leifus Össurides, et mixtis gravibus ultro citroque ictibus Gautium denique occidit. Excurrit jam Thordus cognomine curtus. Ei se objiciunt Brandus Sigmundi filius et duo alii, sed horum certaminis is fuit exitus, ut Thordus Brandum et utrumque ejus socium vita privaret; sed accessit jam Leifus, gladioque eum perfodit, hicque Thordi fuit vitæ finis. His gestis Leifus domum reversus est, magnam inde nactus celebritatem; verum Thrandus hac novitate accepta sic indoluit, ut præ luctu moreretur. Jam summa fuit Leifi in omnibus Færöis potestas; floruit ille tempore Magni Boni, et ad senectutem provectam vixit. Sigmundus Leifi filius post patris mortem in Sudreya degebat, et is quoque vir magni nominis habebatur. Thuris nobilis vidua et Leifus Magno Bono adhucdum regnante fato functi sunt.

De Færöis hactenus. Revertimur ad festum Academicum, cujus indicendi causa hæc prælusimus. Panegyrin habebit, ut solet, Universitas Regia Havniensis, pios suos et venerabundos in Regem Domumque Regiam sensus publice testificatura. Testificabuntur eosdem juvenes Academiæ cives, qui sive præmia anno nuper elapso proposita meruerunt, sive ad ea, quæ hocce anno proponentur, ingenio studioque reportanda jam jamque se accingent.

Themata vero, ad quæ intra Calendas Decembris 1817 solvenda juventutem Academicam invitamus, sunt in singulis disciplinis sequentia:

IN THEOLOGIA.

Præmissa disquisitione de necessitate emendationis sacrorum per Lutherum ejusque adjutores effectæ, commodisque in rem publicam ecclesiasticam et civilem inde redundantibus, ostendatur, quomodo beneficio hoc divino recte uti nos oporteat.

IN JURISPRUDENTIA.

An notio status naturalis in jure universali usum præstat ad jura hominum rite deducenda? an potius ex hoc jure eliminanda?

IN MEDICINA.

Num per vasa lymphatica sola omnis in corpore humano fit absorptio?

IN PHILOSOPHIA.

Virtus num addisci possit, exposita Platonis hac de re doctrina, disquiratur?

IN MATHESI.

Attractionem, quam massa cylindrica in punctum, aut in axe, aut extra eundem situm exserat, definire.

IN HISTORIA.

Insignium seu armorum regni Daniæ origo et mutationes ita explanentur, ut simul historia insignium singularum provinciarum, quantum fieri possit, illustretur.

IN PHILOLOGIA.

Instituatur crisis Orationum Demosthenis, quæ Philippicæ inscribuntur, eo imprimis fine, ut earum authentia, tempus et ordo diligenter examinentur.

IN ÆSTHETICIS.

At oplyse Idyllens Grundcharakteer og Eiendommelighed saavel i den classiske Oldtid, som hos nyere Digtere.

IN HISTORIA NATURALI.

Quibus fossilibus usi sunt Romani in architectura, cum ad exstruenda, tum ad ornanda, ædificia?

Lætos ergo natales REGIS NOSTRI AUGUSTISSIMI FRIDERICI SEXTI, fauftisfimis ominibus celebratura UNIVERSITAS REGIA HAVNIENSIS, conventum Academicum indicit, Auctore COLLEGIO REGIO, *Rei Academicæ et Scholafticæ moderatore,* d. V Febr. in Auditorio Domus Regiæ hora XII habendum. Rector Univerfitatis *JACOBUS WOLF, Regi a Confiliis Status, Profeffor Mathematum Ordinarius, atque Ordinis Danebrogici Eques*, cathedram confcendet, votorum, quibus Mufæ Regem Optimum profequuntur, candidus interpres. Partem orationis non ultimam faciet benignitatis Regiæ commemoratio, qua honorificis præmiis propofitis Mufarum alumni ad diligentiam folertiamque quotannis excitentur. Certaminis anno priore habiti eventum exponet, victorumque nomina pronunciabit. Piis precibus congratulationibusque actus finietur.

Adefte precamur qui folidas bonasque literas æftimatis, amatis, colitis; et, quo augustior est fefti occafio, eo majori eam frequentia concelebrate.

Dabamus Havniæ d. XXVII. Januar. Anno MDCCCXVII.

SUB UNIVERSITATIS SIGILLO.

